

Sigismundus primus rex Polonia, Jo:
anni Laski archiepiscopo Gnesnensi.

100

Reverendissime in Christo pater sinere no:
bis dilecte. Detulit ad nos venerabilis Rapha:
el Choteczki secretarius noster, quod pater:
nitas vestra visis et acceptis literis, quibus
eum paternitati vestrae ad ecclesiam parochia:
alem Vartensem presentavimus, instituere il:
lum noluerit, sed quod aliam quandam per:
sonam nobis incognitam, contra voluntatem
nostram ecclesiae illi praefecerit. Quae res si
ita se haberet, magnopere nobis videretur
molesta, cum haec ratione non iuri solum,
sed auctoritati etiam nostrae non parum de:
trahi a paternitate vestra iudicari possit. Quae:
re paternitatem vestram praesentibus iterum
hortamur, ut ipsum Raphaelem Choteczki, seu
eius legitimum procuratorem, et non alium
ullum, sine aliqua longiori mora ad dictam
ecclesiam Vartensem investiat, vel investiri fac:
iat, et deinceps literis praesentationis nostrae
ita satisfacere curet, ut et honor auctoritasque
nostra regia, et officium paternitatis vestrae
postulare videntur. Indignum enim foret,
si quae a nobis subditorum iuribus immu:
nitas tribuitur, a paternitate vestra in sacer:
dotis iurisdictionis nostri, novis inventis
contra veterem regum libertatem, et praede:

cessorum paternitatis vestra observantia lae-
di et attenuari debeat. Factura paternitas
vestra pro debito officii sui et gratia no-
stra. Datum Craovia 1530.